

ÍNDICE

	<u>Págs.</u>
<i>ESTUDIO PRELIMINAR</i>	
1. Introducción	IX
2. Aspectos biotopográficos	XVII
3. Obra literaria	XXXVII
a) <i>Escritos enciclopédicos</i>	XXXVIII
b) <i>Escritos teológicos</i>	XL
c) <i>Escritos cortesanos</i>	XLIV
d) <i>Obras apócrifas</i>	XLVII
4. Imagen y personalidad	XLVIII
a) <i>Dimensión sintético-pedagógica</i>	II
b) <i>Sentido de la historia</i>	L
c) <i>Apertura formativa</i>	LIV
d) <i>Secularidad</i>	LIX
e) <i>Imagen</i>	LXI
5. Epístola consolatoria por la muerte de un amigo ..	LXV
a) <i>Tradición consolatoria</i>	LXV
b) <i>Consolación a San Luis</i>	LXIX
c) <i>Estructura y contenido</i>	LXXI
d) <i>Fuentes</i>	XCVI
e) <i>Proyección de la obra</i>	C
f) <i>Lengua y estilo</i>	CII
6. Bibliografía bellovacá	CIII

EPÍSTOLA CONSOLATORIA POR LA MUERTE DE UN AMIGO

CAPÍTULOS:

I. Sobre las consolaciones especiales por la muerte del hijo	5
II. Razones generales para moderar la aflicción por la muerte de un amigo.	23

	<u>Págs.</u>
III. Sobre diversos modos y causas de llorar a los muertos.	37
IV. No hay que temer la muerte, sino despreciarla y entre tanto abrazarla.	53
V. La muerte ha de ser esperada atentamente, ha de ser recordada y aprendida, pero no llamada	75
VI. Sobre la salida de las almas de las prisiones del cuerpo y de sus refugios ocultos.	95
VII. Sobre las almas que han aparecido después de la muerte.	111
VIII. Sobre los que están en las penas del purgatorio . . .	127
IX. Sobre los sufragios de la Iglesia hechos a favor de los muertos.	143
X. Sobre las almas situadas en el seno de Abrahán . . .	161
XI. Sobre la futura perfección de aquellas felicidades. . .	181
XII. Sobre la plenitud de la felicidad	195
XIII. Sobre la glorificación de los cuerpos de los santos .	213
XIV. Sobre los cuatro gozos que comparten con los ángeles	229
XV. Sobre otros cuatro gozos que serán propios de los elegidos.	249
XVI. La anticipación de las cosas celestiales	271

VINCENTIUS BELLOVACENSIS
*EPISTOLA CONSOLATORIA
DE MORTE AMICI*

Dilecto Deo et hominibus. Illustrissimo domino in Christo, sibi carissimo divina favente clemencia Francorum principi Ludowico Frater Vincensius Beluacensis, de ordine predicatorum salutem, et post luctum presentis exilii, consolationem in regno celestis patrie sempiternam.

Regie maiestatis vestre scribendi fiduciam et ausum mihi prebet sublimitatis vestre dignatio, qua plerumque, cum iuxta bene placitum vestrum in monasterio Regalis montis ad exercendum lectoris officium habitarem, ex ore meo divinum eloquium humiliter cum Dei reverentia suscepistis. Necnon et de scriptis nostris non nulla, prout mihi vestra benignitas retulit, cum diligentia perlegistis, notabiliter etiam in sumptibus ad eadem conficienda liberaliter interdatum mihi subsidia prebuistis. Ad hoc idem me compulit affectus compassionis et dolor viscerum, cum sentirem animum vestrum doloris acerbi, quantum permittit gratia Spiritus Sancti, affectionum animi moderatrix, recenti vulnere sauciatum, ut licet excepto illo spiritus interno solamine, plurimos etiam forinsecus consolatores, dumtaxat homines, vobis asistere non ambigerem. Nihilominus et ego, predicta confidentia fretus et affectione commotus, collectis paucis rationibus et exemplis atque sententiis tam ex divinis quam ex humanis scripturis pro parvitatibus mearum modum solatium aliquod exhiberem. Sic enim et in libro qui

VICENTE DE BEAUVAIS

*EPÍSTOLA CONSOLATORIA
A LA MUERTE DE UN AMIGO*

A Dios querido y a los hombres. Al ilustrísimo señor en Cristo, queridísimo para él, Luis, por el favor de la clemencia divina príncipe de los francos, saluda fray Vicente de Beauvais, de la orden de predicadores, y, después de la aflicción del presente destierro, le desea eterno consuelo en el reino de la patria celestial.

La confianza y el atrevimiento para escribir a vuestra real majestad me los otorga la estimación de vuestra alteza, por la que muchas veces, cuando según vuestro beneplácito habitaba en el monasterio de Monte Real para desempeñar el oficio de lector, recibisteis humildemente de mi boca la palabra de Dios con reverencia hacia él. También leísteis con interés algunos de mis escritos, según me informó vuestra benevolencia, y especialmente a veces me otorgasteis generosa ayuda en los gastos para llevar a cabo tales escritos. A esto mismo me impulsó el afecto de la compasión y el dolor de las entrañas, al darme cuenta de que vuestro espíritu estaba lastimado por la herida reciente de un dolor amargo, en la medida en que lo permite la gracia del Espíritu Santo, moderadora de los afectos del espíritu, no dudando de que, además del consuelo interno del espíritu, también os ayudasen muchos consoladores de fuera, esto es, hombres. También yo, apoyado en la confianza antedicha y conmovido por el afecto, reuniendo unos pocos razonamientos, ejemplos y sentencias tanto de los escritos divinos como de los humanos, quise mostrar algún consuelo de acuerdo con la medida de mi pequeñez. Así, en efecto, en el libro llamado *Eclesiástico* la divina

dicitur *Ecclesiasticus* divina nos admonet scriptura: *Non desis inquit plorantibus in consolatione et cum lugentibus ambula* [7,38]. Itaque, mox ut de loco sepulture reversus sum ad domum nostram, acceleravi conficere breviter epistolam presentem XVI tantummodo capitula continentem que patent in principio operis tocius per ordinem.

INCIPIIT CAPITULUM PRIMUM TERCII LIBRI
DE CONSOLATIONIBUS SPECIALIBUS
SUPER MORTE FILII

In primis igitur advertere debet illa que maxime personam vestram decet regalis prudentia quod puer ille amabilis, bone indolis, primogenitus vester Ludowicus, licet secundum humanam estimacionem totius regni huius ymo totius ecclesie communi utilitati futurus esset, Deo tamen sibi aliquid melius providente quodam singulari beneficio morte preoccupatus est ut in eterne vite refrigerio securus permaneret. Etenim secundum apostoli verbum: *modo dies maxime mali sunt* [Eph 5,16]. Magnum utique Dei beneficium assequitur qui de presentis vite periculis in qualicumque statu evocatur salutis. Itaque sicut in libro *Sapientiae* IIII scribitur: *Raptus est ne malitia immutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam illius, fascinatio enim nugacis obscurat bonam et instantia concupiscentie transvertit sensum sine malitia. Consummatus igitur in brevi explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima eius; propter hoc properavit illum educere de medio iniquitatum* [4,11-14].

Nam et de quibusdam pueris qui cum parentibus morte preventi sunt a beato Augustino diffinitur quod: *In hoc eis divina clementia providit ne, diu viventes et malorum patrum vestigia*

Escritura nos advierte: «No abandones en el consuelo a los que lloran, y camina con los afligidos». Por tanto, tan pronto como volví del lugar del enterramiento a nuestra casa, me apresuré a terminar en poco tiempo la presente carta, que contiene solamente dieciséis capítulos, los cuales aparecen por orden en el principio de toda la obra.

CAPÍTULO I

EMPIEZA EL CAPÍTULO PRIMERO DEL TERCER LIBRO *SOBRE LAS CONSOLACIONES ESPECIALES POR LA MUERTE DEL HIJO*

Así pues, en primer lugar debe advertir la prudencia real, que en grado máximo conviene a vuestra persona, que aquel niño amable, de buen carácter, vuestro primogénito Luis, aunque según el juicio humano de todo este reino y, más aún, de toda la Iglesia debía servir al bien común, previendo Dios algo mejor para él, por un beneficio singular fue cogido anticipadamente por la muerte para que permaneciese sin preocupación en el consuelo de la vida eterna. En efecto, según la palabra del apóstol: «Los días son extremadamente malos». Ciertamente consigue un gran beneficio de Dios quien es llamado de los peligros de la vida presente en cualquier estado de salud. Por tanto, como se escribe en el libro de la *Sabiduría*: «Fue arrebatado para que la maldad no pervirtiese su inteligencia o para que el engaño no extraviase su alma, pues la fascinación del vicio corrompe el bien, el vértigo de la pasión pervierte la mente sana. Llegado en poco tiempo a la perfección vivió una larga vida, pues su alma era grata a Dios; por eso se dio prisa en sacarle de en medio de las iniquidades».

También sobre algunos niños que fueron cogidos por la muerte junto con sus padres determina San Agustín que en esto la clemencia divina previó que, no viviendo mucho y no

sequentes, gravius punirentur. Iosie quoque, regi Iuda, pro magno beneficio a Deo promissum est ut legitur quarti *Regum* XXII quod: *Ipsum citius in pace ad patres suos colligeret ne mala futura super terram videret* [4(2) *Reg* 22,20]. Hinc ait et Ysaïas propheta eximius libro suo capitulo XVIII quod: *A facie malicie collocatus est iustus* [Is 57,1].

Non solum autem eidem puero sed etiam vobis in aliqua parte divinitus esse subventum estimo, nam, licet vos eum spiritualiter ac secundum Deum dilexisse ambigatur nullatenus, ipsam tamen naturalem erga propinquos affectionem etiam in viris spiritualibus ita moderari difficilimum est ut non in alteram partem aliquatenus prolabatur, hoc est in medio consistens nec citra remaneat nec ultra mensuram debitam protendatur et frequenter subtractio rei amate ipsum amoris affectum ad se redire compellit et ordinem suum retinere. Quod idem beatus Bernardus attestatur in sermone *De morte Humberti*¹: *Domine, sustulisti hinc alios atque alios qui onus meum portabant; unus mihi et prope Humbertus supererat tantis necessariis meis, eo suavior amicus quo antiquior et hunc tulisti quoniam tuus erat; ego solus ad verbera relinquor. Verumtamen non contradico sermonibus sancti sed qui cepit ipse me conterat et hec mihi consolatio ut affligens dolore non parcat.*

Vobiscum ergo fortasse divinitus actum est quam et cum Ezechiele propheta cui a domino dictum est Ezechiele XXIII: *Fili hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum et non planges nec mortuorum luctum facies. Locutus sum inquit ergo prophetam ad populum mane et mortua est uxor mea vespere* [24,16-18]. Hinc etiam Augustini libro *Confessionum* de quodam amico suo defuncto loquens ita dicit²: *Domine Deus, comparaveram olim amicum societate studiorum nimis carum scilicet nondum sic erat amicus sicut est amititia vera nisi cum tu agglutinas eam*

¹ S. BERNARDUS, *In obitu domni Humberti*, 6.

² S. AUGUSTINUS, *Confessiones*, 10, 7-14.

siguiendo las huellas de sus malos padres, no fuesen castigados más gravemente. También a Josías, rey de Judá, le prometió Dios como un gran beneficio, como se lee en el cuarto de *Reyes*, 22, que «Lo llevaría pronto en paz con sus padres para que no viese los males venideros sobre la tierra». Por eso dice el eximio profeta Isaías en su libro, cap.18, que «El justo fue colocado fuera de la maldad».

Pienso que no sólo se ha ayudado por parte de la divinidad a dicho niño, sino también a vosotros en alguna medida, pues, aunque no se dude en absoluto de que lo amaseis espiritualmente y según Dios, sin embargo es muy difícil incluso en las personas espirituales moderar el afecto natural para con los allegados, de forma que no se deslice a la otra parte, esto es, que permanezca en el medio sin extenderse más acá o más allá de la medida debida, y frecuentemente la desaparición de la cosa amada obliga al afecto del amor a volver a sí y a mantener su orden. Esto lo atestigua el mismo San Bernardo en el sermón sobre la muerte de Humberto: «Te has llevado de aquí a los que llevaban mi carga; casi sólo me quedaba Humberto de tantos allegados míos; tanto más dulce es el amigo cuanto más antiguo es y también te llevaste a éste porque era tuyo; yo me quedo solo ante las dificultades. Sin embargo no contradigo las palabras del santo “quien empezó a herirme que se digne triturarme y sería un consuelo para mí que, afligiéndome con dolor, no se refrenase”».

Por consiguiente, quizás con vosotros se ha actuado de parte de la divinidad como con el profeta Ezequiel, a quien dijo el Señor (Ezequiel, 24): «Hijo del hombre, te quito lo que hace las delicias de tus ojos y no llorarás ni llevarás luto por los muertos. Hablé al pueblo por la mañana, dice el profeta, y murió mi esposa por la tarde». También San Agustín en el libro de las *Confesiones*, hablando de un amigo suyo difunto, dice así: «Señor Dios, hace tiempo había conseguido un amigo muy querido por la comunidad de estudios, pero todavía no era tan amigo como es la amistad verdadera, pues

caritate in cordibus diffusa. Dulcis tamen erat nimis studiorum puerilium fervore cocta. Et ecce tu imminens dorso fugitivorum tuorum Deus ultionum simul et fons misericordiarum qui convertis nos ad te miris modis abstulisti eum de hac vita. Quo dolore contenebratum est cor meum et quicquid cum illo comunicaveram sine illo vertebatur mihi in cruciatum. Solus itaque fletus dulcis erat mihi et successerat amico meo in deliciis animi mei, mibique locus infelix: ego remanseram ubi nec posset consistere nec inde recedere. Miser eram et miser est omnis animus rerum mortalium amicitia vinctus et dilaniatur cum eas amittit ipsamque miseriam qua miser est et antequam eas amittit tunc sentit. Nam unde me facillime dolor ille penetraverat et intime quia fuderam in arenam cor meum diligendo moriturum quasi non moriturum. Ea siquidem que capiunt animum in consiliacione huius amicitie sunt colloqui, conridere vicissim, benivole obsequi, simul legere; hiis et huiusmodi signis a corde amantium et reamantium procedentium per os et per linguam per oculos ac mille motus gratissimos qui in fomitibus animos conflare et ex pluribus unum facere. Hoc est quod diligitur in amicis ita ut sibi rea humana sit conscientia si amantem non reamaverit, nihil querens ex eius corpore preter indicia benivolentie. Hinc ille luctus oritur si quis moriatur et ex amissa vita morientium mors viventium. Domine, beatus qui amat te et amicum in te et inimicum propter te. Nullum enim carum ille solus amittit cui omnes in illo sunt qui non amittitur; te autem domine nemo amittit nisi qui dimittit. Hec Augustinus.

In quibus scilicet verbis duo precipue notare possumus. Primum quod sicut divina providentia superbis res concupis-

no es verdadera amistad sino cuando tú la aglutinas con la caridad difundida en los corazones. Pero era muy dulce, calentada por el fervor de los mismos estudios. Y he aquí que tú, acercándote a la espalda de los que huían de ti, Dios de los castigos y al mismo tiempo fuente de las misericordias, que nos llevas a ti de modos extraños, lo arrebataste de esta vida. Con este dolor se llenó de tinieblas mi corazón, y lo que había compartido con él, sin él se me convertía en sufrimiento. Solamente el llanto me hacía bien y había sustituido a mi amigo en las delicias de mi espíritu. Para mí era una situación desgraciada: había permanecido donde ni podía detenerme ni volver. Era desgraciado; toda alma es desgraciada cuando está encadenada por la amistad de las cosas mortales, y se desgarran cuando las pierde; entonces siente la miseria por la que ya es desgraciado antes de perderlas. Pues ¿por qué me había penetrado facilísimamente hasta lo más íntimo aquel dolor sino porque había extendido mi corazón en la arena, amando a alguien sujeto a la muerte como si no tuviera que morir? Las cosas que arrebatan el espíritu al trabar una amistad son charlar, reír juntos, la benevolencia mutua, leer juntos; todos estos signos y otros parecidos que proceden del corazón de los que se aman entre sí por la boca, por la lengua, por los ojos y por mil movimientos muy agradables son como los alimentos por los que se funden los espíritus y hacen de muchos uno solo. Esto es lo que se ama en los amigos, de tal forma que la conciencia humana se siente culpable si no ama a quien le ama, no buscando en su cuerpo más que las señales de su afecto. De ahí el dolor si alguien muere, y de la pérdida de la vida del que muere sobreviene la muerte de los que viven. Señor, feliz quien te ama a ti, quien ama al amigo en ti y al enemigo por ti. No pierde a ningún ser querido solamente aquel para quien todos están en aquel que no se pierde; a ti, Señor, nadie te pierde, sino que te abandona». Estas son las palabras de San Agustín.

En estas palabras podemos anotar, sobre todo, dos cosas. En primer lugar, que así como la divina providencia pone de-

cibiles obicit ut corruant, sic etiam electis res amabiles subtrahit ut amoris affectum ad ipsum reducant. Quod enim res concupiscibiles superbis obiciat ad ruinam plane dicit beatus Gregorius in expositione illius verbi Iob X: *Propter superbiam quasi leonam capies me* [10,16]. Secundum est quod in hac vita diligendi sunt homines tamquam in carne mortales. Unde Seneca in *Epistolario* suo ad *Lucilium*³: *Non affligitur sapiens amissione liberorum, non amicorum. Eodem enim animo fere amicorum mortem quo expectat suam.* Mihi quidem amicorum defunctorum cogitatio dulcis ac blanda est, illos enim habui tamquam amissurus et amisi tamquam habeam. Idem in libro *De remediis fortuitorum*⁴: *Stultus est qui mortem mortalium deslet nihil enim hoc novum aut mirum est.* Hinc et Symachus patricius in *Epistolario* suo dicit quod⁵ *Anaxagoram philosophum gravis de filio nuncius a disputationibus non retraxit.* De hoc enim refert Valerius Maximus quod⁶: *Audita morte filii Anaxagoras, nichil inquit inexpectatum mihi annuntias. Ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem.* Et post subiungit Valerius⁷: *Hanc vocem si quis efficaciter suscepit, ita liberos procreandos non dubitabit ut meminerit sicut mori neminem qui non vixerit ita nec aliquem vivere posse qui moriturus non sit.*

Ut autem et de scripturis divinis exempla producam nobilitatis vestre modestia recollere debet illud memorabile factum preclari regis ac Deo familiaris, David, cui nimirum incerta et occulta sapientie sue manifestavit. Hic enim cum pro filio suo egrotante, ut legitur secundo *Regum* duodecimo, se coram domino ieiuniis et lacrimis afflisset, mox ut de illius morte audivit nuncium de terra surgens lacrimas abstersit et causam requisitus respondit: *Propter infantem, dum adhuc viveret,*

³ SENECA, *Epistulae ad Lucilium*, 74, 30.

⁴ PSEUDO-SENECA, *De remediis fortuitorum* (Ed. Rossbach) XIII.

⁵ SYMMACHUS, *Epistulae*, III, 6,3.

⁶ VALERIUS MAXIMUS, *Facta et dicta memorabilia*, V, X ext. 3.

⁷ Ibid.

lante de los soberbios cosas deseables para que se precipiten, así también a los elegidos les quita las cosas amables para que dirijan a él el afecto de su amor. Que pone delante de los soberbios cosas deseables para su ruina lo dice claramente San Gregorio en la exposición de la frase de Job: «Por causa de la soberbia me atraparás como a una leona». En segundo lugar, que en esta vida han de ser amados los hombres como mortales en la carne. Por eso Séneca en sus *Cartas a Lucilio* dice: «No se aflige el sabio por la pérdida de los hijos ni de los amigos, pues con el mismo ánimo soporta la muerte de los amigos con el que espera la suya». Ciertamente, para mí el pensar en los amigos difuntos me resulta dulce y agradable, pues los tuve como quien había de perderlos y los perdí como si los tuviera. El mismo en el libro *Sobre los remedios de la fortuna* dice: «Necio es quien llora la muerte de los mortales, pues nada hay en esto de nuevo o de maravilloso». Por su parte, el patricio Símaco en su epistolario afirma que al filósofo Anaxágoras no lo apartó de las disputas una noticia grave sobre su hijo. Sobre él cuenta Valerio Máximo que al enterarse de la muerte de su hijo afirmó: «No me anuncias nada inesperado. Yo sabía, en efecto, que mi hijo era mortal». Y después añade Valerio: «Si uno toma estas palabras eficazmente, no dudará de que hay que procrear los hijos de tal manera que recuerde que, así como no muere nadie que no haya vivido, de la misma forma nadie puede vivir que no haya de morir».

Para poner ejemplos de las Escrituras divinas, la dignidad de vuestra nobleza debe recordar aquel hecho memorable del ilustre rey y querido para Dios, David, cuando manifestó lo incierto y oculto de su sabiduría. Éste, en efecto, como se hubiese afligido ante el Señor con ayunos y lágrimas por su hijo enfermo, como se lee en el segundo de *Reyes*, 12, tan pronto como oyó la noticia de su muerte, levantándose de la tierra, se secó las lágrimas y, al preguntársele la causa, respondió: «Por el niño, mientras vivía, ayuné y lloré por si ca-

ieiunavi et flevi si forte mihi eum dominus donaret, nunc autem quia mortuus est numquid eum potero revocare? Ego magis ad eum vadam ille vero non revertetur ad me [2 Reg (2 Sam) 12,22-23]. Sic igitur fecit apponi mensam et comedit et consolatus est Betsabee uxorem suam. Sed idem rex postmodum, ut legitur in eodem XIX, cum filium suum Absalon extinctum lugeret et incedens cooperato capite clamaret: *Absalon fili mi*, correptus a Ioab principe militie sue protinus surrexit et in porta sedit [2 Reg (2 Sam) 19,1-9]. Sicque familiam suam desolatam alloquens confortavit.

Animadvertat quoque vestra regalis sollertia quod virum aliqua dumtaxat excellentia officii peditum, nedum tam illustri dignitate nobilitatum, minime decet continuare pro tali causa femineo more luctum. Nam et propheta Ezechiel [24,1-18], ut supra dictum est, uxorem defunctam prohibetur a domino plangere et Aaron summus pontifex, ut legitur *Leviticus* X, filios suos Nadab et Abiu igne consumptos prohibetur lugere. Sic enim loquitur ad eum Moyses et ad filios eius Eleazar et Ythamar: *Capita vestra nolite nudare et vestimenta nolite scindere ne forte moriamini et super omnem cetum oriatur indignatio. Fratres vestri et omnis domus Israhel plangent incendium quod dominus suscitavit. Oleum quippe sancte unctionis est super vos* [Lev 10,6-7]. Hinc etiam nunc dominus Papa ut dicitur ad nullum mortuum ingreditur. Sic enim eodem XXI legitur: *Pontifex ad omnem mortuum non ingredietur, nec etiam super patre suo et matre mortuis contaminabitur quia oleum sancte unctionis super eum est* [21,2]. Quod idem tractans beatus Iheronimus ait super patre et cetera: *Multa inquit nos facere cogit affectus et dum ad propinquitatem aspicimus corporum et corporis et anime offendimus creatorem. Super patre et matre pollui nobis non licet quanto magis super fratre, sororibus, consobrinis, familia, servulis. Denique, sicut dicit beatus Ambrosius in libro secundo *De morte Satiri Fratris sui*⁸: *Litiorum feruntur precepta esse que mulierum vestem in-**

⁸ S. AMBROSIUS, *De excessu fratris*, II, 7.

sualmente el Señor me lo daba, pero ahora, puesto que está muerto, ¿acaso podré volverlo a la vida? Yo iré a él, pero él no volverá a mí». Así pues, hizo poner la mesa y comió, y consoló a Betsabé, su mujer. Pero el mismo rey después, como se lee en el mismo libro, 19, como se afligiese por la muerte de su hijo Absalón y, caminando con la cabeza cubierta, clamase: «Absalón, hijo mío», increpado por Joab, el jefe de su ejército, inmediatamente se levantó y se sentó en la puerta. Y de esta forma, hablando, confortó a su familia desolada.

Advierta también vuestro talento real que un hombre dotado de alguna excelencia en su oficio y, es más, de tan ilustre dignidad de nobleza no debe prolongar en absoluto el luto por tal causa según la costumbre de las mujeres, pues al profeta Ezequiel, como se ha dicho antes, prohíbe el Señor llorar por su esposa difunta, y al sumo pontífice Aarón, como se lee en *Levítico*, 10, se prohíbe llorar a sus hijos Nadab y Abiú, consumidos por el fuego. Así se lo dice Moisés a él y a sus hijos Eleazar e Itamar: «No desnudéis vuestras cabezas ni rompáis vuestros vestidos, no sea que muráis y sobre toda la asamblea caiga la indignación. Que vuestros hermanos y toda la casa de Israel lloren el incendio que provocó el Señor. El óleo de la santa unción está sobre vosotros». De ahí que también ahora el señor Papa, como se dice, no se acerque a ningún muerto, pues en el mismo libro, 21, se lee: «El pontífice no se acercará a ningún muerto, ni incluso se contaminará con su padre y su madre muertos porque el óleo de la santa unción está sobre él». Tratando esto mismo San Jerónimo dice: «Sobre el padre, etc. Muchas cosas nos obliga hacer el afecto y, mientras atendemos al parentesco corporal, ofendemos a Dios, creador del cuerpo y del alma». No nos está permitido contaminarnos sobre el padre y sobre la madre, cuánto menos sobre el hermano, hermanas, primos, esclavos, siervos. Finalmente, como dice San Ambrosio en el libro segundo de *Sobre la muerte de su hermano Sátiro*: «Se dice que son preceptos de los licios los que ordenan que los hombres se

duere viros iubeant si merori indulgeant, eo quod mollem et effeminatum indicaverint in viro luctum. Deforme est enim eos qui pro fide, pro religione, pro patria, pro equitate iudicii atque intentione virtutis obvium morti pectus offerre debeant merere in alio gravius quam in se si causa exegerit expetendum sit.

Nam quomodo potes in te ipso refugere quod impatientius alii doles accidisse. Depone ergo merorem si potes, include si non potes. Ambrosius.

Et vos ergo domine mi rex quia sacram unctionem super vos habetis luctum saltem temperare debetis. Accedit ad hoc quod divina providentia nequaquam liberorum solatio penitus vos orbavit, quin potius adhuc quoque numerosam prolem magnifici germinis bone doctrine susceptibilem posteritati vestre misericorditer reservavit. Et utique sicut dicit poeta Marcius: *E multis magister desiderat unum*. Quamquam flens clamat: *Tu mihi solus eras*. Nec tam de numero quam de bonitate gaudendum est sicut in *Ecclesiastico XVI* dicitur: *Ne iocunderis in filiis impiis si multiplicentur nec oblecteris super eos, melior est enim unus timens Deum quam mille filii impii. Et utile magis est mori sine filiis quam relinquere filios impios. Ab uno quippe sensato inhabitabitur patria et a tribus impiis deseretur* [16,1-5]. Licet autem ut dicit Salomon in *Proverbiis XX*: *Ex studiis suis intelligitur puer si munda et recta sunt opera eius* [20,11]. Non numquam humanam estimacionem occulto Dei iudicio perverti conspiciamus, videlicet ut qui a pueritia minoris bonitatis futurus esse videtur postmodum, accedente divina gratia necnon et eruditionis humane diligentia, tandem melior comprobetur ceteris. Et similiter e contra qui apparet in etate minori desipit ac degenerat in maiori. Unde propter eventum huiusmodi licet rarum apud homines malignos tritum est illud quod in

pongan los vestidos de las mujeres si se entregan a la aflicción, porque pensaban que ésta era muelle y afeminada en el hombre. En efecto, es vergonzoso que los que ofrecen su pecho a la muerte por su fe, la religión, la patria, la justicia y el amor a la virtud, deban entristecerse por otro más profundamente de lo que habría que pedir en el caso de sí mismo si la causa lo exige, pues ¿cómo puedes evitar en ti mismo aquello de lo que con tanta intensidad lamentas que haya ocurrido a otro? Así pues, deja la aflicción si puedes, modérala si no puedes». Ambrosio.

Por consiguiente, mi señor rey, puesto que tenéis sobre vosotros la sagrada unción, al menos debéis moderar la aflicción. Se añade a esto que por la divina providencia el consuelo de los hijos no os abandonó por completo, sino que reservó misericordiosamente a vuestra posteridad una numerosa prole de magnífico linaje y que puede recibir buena enseñanza. Y también, como dice el poeta Marcio: «De muchos el maestro echa en falta a uno». Aunque llorando exclama «tú para mí eras el único». Y no hay que alegrarse tanto del número como de la bondad, como se dice en *Eclesiástico*, 16: «No te alegres si se multiplican los hijos impíos, ni te complazcas en ellos, pues es mejor un hijo solo que tema a Dios que mil hijos impíos. Es más útil morir sin hijos que dejar hijos impíos. Por uno solo sensato prosperará la patria y por una tribu de impíos será devastada», aunque, como dice Salomón en *Proverbios*, 20: «El niño da a conocer por sus acciones si sus obras son rectas y justas». A veces vemos que la opinión humana se altera por el juicio oculto de Dios, de forma que quien desde la niñez parece que será de menor bondad después, al sobrevenir la gracia divina y la solicitud por la erudición humana, finalmente resulta mejor que los demás. Y de forma parecida, por el contrario, quien aparece mejor en la juventud pierde el juicio y degenera en la madurez. Por este suceso, aunque raro entre los hombres malos, se utilizó aquel proverbio casi general: «De un joven

generale proverbium *De iuvene sancto senem dyabolum*. Unde vere angelicus iuvenis senibus sathanizat in annis.

Itaque, domine mi, de filii vestri bonitate finali vobis potius incumbit gratulari quam de illius transitu constristari. Sic enim et beatus Ambrosius loquitur de Satiro fratre suo defuncto libro primo ⁹: *Nilil habeo inquit quod de fratre meo mortuo plangam et habeo in quo gratias agam. Letandum enim magis est quod talem fratrem habuerim quam dolendum quod fratrem amiserim. Non mediocris enim est usura fraterni amoris nec vilis nature sors quam cumulatam incrementum virtutis. Et de ipsius quidem beatitudine nequamquam debemus dubitare, qui nec ut opulens in divitiis exultavit nec ut pauper quod habuit ut exiguum iudicavit. Hec Ambrosius.*

Denique ingenii vestri nobilis industria considerare debet adversos casus consimiles aut etiam deteriores ac miserabiliores, non solum qui alibi per orbem terrarum assidue contingunt sed et qui in regno vestro ymo et in domo vestra regia satis recenti memoria evenerunt.

Nonne, sicut refert historia, paulo ante nostram etatem Philippus, Ludowici grossi filius, recenter in regem adhuc puer inunctus, dum in civitate Parisiis equo vehebatur iuxta ecclesiam sancti Gervasii, porcus equi pedibus se fortuito submittens equum super ipsum precipitem dedit, et de eius subita ac miseranda morte Francis luctum induxit? Cui successit in regno frater eius, scilicet, pater Philippi regis nostri temporis Ludowicus. Numquid et non temporibus nostris etiam Philippus frater vester maior natu, de quo magnum aliquid sperabatur a pueritia, morte preventus multis et magnis dolorem incussit? Cuius nimirum vices in administratione regni vos usque hodie cum adiutorio Dei suppletis et inter adversitates multas e diversis partibus emergentes plurima divine gratie beneficia percepistis.

⁹ S. AMBROSIUS, *De excessu fratris*, I, 1; I, 3; I, 80; I, 56.

santo un viejo diablo». De ahí que un joven verdaderamente angelical satanice en sus años de vejez.

Por tanto, mi señor, os corresponde congratularos por la bondad final de vuestro hijo antes que entristeceros por su tránsito. Así, en efecto, habla San Ambrosio sobre Sático, su hermano difunto, en el libro primero: «No tengo nada para entristecerme acerca de mi hermano muerto y tengo cosas para dar gracias». «Me he de alegrar más por haber tenido tal hermano que dolerme por haberlo perdido, pues no es menor el goce del amor fraterno ni de menos valor la suerte de la naturaleza que se ve colmada por el aumento de la virtud». «Y ciertamente de ninguna forma debemos dudar de su felicidad, pues ni como rico se alegró excesivamente en sus riquezas ni como pobre consideró poco lo que tuvo». Esto dice San Ambrosio.

Finalmente, la diligencia de vuestra noble inteligencia debe considerar las adversidades semejantes o incluso peores y más desgraciadas, no sólo las que ocurren frecuentemente en otras partes de la tierra, sino también las que ocurrieron en vuestro reino e incluso en vuestra casa real bastante recientemente. ¿Acaso, como cuenta la historia, un poco antes de nuestra generación, Felipe, hijo de Luis el Grande, ungido hacía poco como rey siendo todavía niño, mientras cabalgaba en la ciudad de París junto a la iglesia de San Gervasio, al meterse fortuitamente un cerdo bajo los pies del caballo, no cayó debajo de éste, produciendo su inesperada y desgraciada muerte la aflicción entre los francos? Le sucedió en el reino su hermano, esto es, Luis, padre de Felipe, rey en nuestro tiempo. ¿Acaso también en nuestro tiempo Felipe vuestro hermano, mayor de edad, de quien se esperaba algo grande desde su niñez, cogido por la muerte, no produjo dolor a muchos y grandes? Evidentemente vosotros cumplís su papel en la administración del reino hasta hoy con la ayuda de Dios, y entre muchas adversidades que surgen de diversas partes habéis recibido muchísimos beneficios de la divina gracia.

Hec et hiis similia memorata molestiam animi vestri magis mitigabunt, quoniam ut ait poeta *Leuius communia tangunt*. Nunc etiam recogitate quid dicatur ab angelo Thobie duodecimo eiusdem: *Quia acceptus eras et ideo necessarium erat ut temptatio probaret te* [Tob 12,13]. Temptavit Deus et Abraham de filio suo *Genesis* vicesimosecundo, de quo dicit ibi Origenes *Omelia* octava cui scilicet Origeni testimonium perhibet Iheronimus quod ubi bene locutus est nemo melius¹⁰: *Tolle inquit filium tuum unigenitum quem diligis, Ysaac, et offer illum mihi in holocaustum*. Caris ac dulcibus appellationibus iterum ac sepe repetitus affectus paterni suscitantur ut, amoris evigilante memoria, ad immolandum filium paterna dextera retardetur et adversum fidem animi tota carnis militia repugnet. Et quia dictum ei fuerat in *Ysaac vocabitur tibi semen* sit etiam nominis pueri commemoratio ut et promissionum que sub hoc nomine facte sunt subeat desperatio. Sed hec omnia quia temptavit Deus Abraham. Quid post hoc? *Vade inquit in terram visionis atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum, ducens secum duos iuvenes et Ysaac filium suum. Die autem tertio et cetera*. Intuemini per singula quomodo fiunt temptationis augmenta. Prius enim dicitur ei quod filium offerat, deinde quod in montem ascendat ut dum iter agit per totam viam cogitationibus discerpatur, et hinc vigente precepto hinc vero unici affectu obluctante crucietur. Propter hoc ergo et via iniungitur et ascensio montis, ut hiis omnibus spatium certaminis accipiant affectus et fides, amor Dei et carnis, gratia presentium et expectatio tuorum. Die autem tertio vidit locum procul. Sapientiam et consilium temptantis intueor. Sic in proximo non erat mons aliquis ubi hoc fieret, sed per triduum iter protenditur quo, recursantibus curis, pa-

¹⁰ ORIGENES, *Homilia VIII, In Genesis, 2, 7.*

El recuerdo de estos hechos y parecidos mitigará más las molestias de vuestro espíritu porque, como dice el poeta, «Las cosas comunes afectan más ligeramente». Ahora pensad también qué dice el ángel a Tobías en el duodécimo de su libro: «Porque eras agradable, por eso fue necesario que la tentación te probase». Tentó Dios a Abrahán acerca de su hijo en *Génesis*, 22, de quien trata Orígenes en la homilía octava y sobre quien San Jerónimo ofrece testimonio porque, cuando habló bien (nadie mejor) dijo: «Toma a tu hijo unigénito, Isaac, a quien amas, y ofrécemelo en holocausto». Requerido otra vez y con frecuencia con queridas y dulces llamadas, los afectos paternos se suscitan de forma que, prevaleciendo el recuerdo del amor, se retrase la mano derecha del padre para inmolar al hijo y toda la potencia de la carne se rebele contra la fe del alma. Y, porque le había sido dicho «Isaac se llamará tu hijo», se produce también el examen del nombre del niño, de forma que surja la desesperación acerca de las promesas que se le habían hecho bajo este nombre. Pero todo esto porque Dios tentó a Abrahán. ¿Qué ocurrió después de esto? «Ve a la tierra de la visión y allí lo ofrecerás en holocausto sobre un monte que te mostraré. Así pues, Abrahán, levantándose de noche, aparejó su asno, llevando consigo a dos jóvenes y a su hijo Isaac. Al tercer día», etc. Observad en los detalles cómo aumentan las tentaciones. En efecto, primeramente se le dice que ofrende a su hijo, después que suba al monte y, durante todo el camino, es desgarrado por sus pensamientos al urgirle el precepto de Dios y luchar en contra el amor de su único hijo. Por esto se le impone el camino y la subida al monte, para que tengan tiempo de luchar el amor y la fe, el amor de Dios y el amor de la carne, el don de las cosas presentes y la esperanza de las futuras. Pero al tercer día vio el lugar a lo lejos. Veo la sabiduría y el consejo del tentador. Así, en las cercanías no había ningún monte en el que se hiciese esto, pero por tres días se prolonga el camino en el que, volviéndose a presentar las preocupaciones, las